



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 106. Etruriæ Ducis conatus in Algerienses Terras.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. tati Turcæ rursus montem adoruntur,
A. C. 1604. sed quingentis suorum desideratis re-
 pulsæ die nona Octobris propugnaculum
 invadunt, pari fato recedere coacti
 detecto dein hostili cuniculo, ac detracti
 inde pulvere pyro rursus de pace age-
 cæperunt, cum autem præ ceteris Sin-
 gonium sibi cedi peterent, spe sua fra-
 strati supposito igne alium cuniculum
 accidunt, successu ipsis Turcis admu-
 dum exitiali. Demum die decima Oco-
 bris redintegrata verberatio, visque
 acriter in præfatum propugnaculum
 facta, sed rursus irrito conatu: cum
 igitur Christianorum fortitudinem fra-
 gere desperarent, sequenti die obficio-
 nem solverunt, Budam contendentes

§. CVI.

*Etruriæ Ducis conatus in Algeriæ
ses Terras.*

Thuan. l. 131. Verno tempore forte quidam Navar-
Lundorp. chus natione Anglus ex Libia al-
cont. Sleid. liburni portum appulsus nuntiabat
lib. 10. quod in Algeriæ ad Cæfaream Iu-
 liam in opposita Africæ ora portu oceani
 Turcarum naves defixis anchoris tor-
 pentes hærerent, secundiorem expeditio-
 turæ flatum: re comperta Ferdinandus
 Magnus Etruriæ Dux hasce trireme-
 mes comburendi consilium cepit, hanc
 que

que in rem suas triremes milite, sclo- Sæc. XVII.
 pis, ignitis jaculis variisque nitrati A.C. 1604.
 pulveris machinis instrui, atque in ima
 nave abscondi, earumque superficiem,
 ut hostem falleret, sale contegi jussit:
 Igitur hæ triremes cum Navarchi nave
 aliquæ Anglicis triremibus Algeriam
 contendunt, moxque Equites Etrusci,
 qui Hollandicos Mercatores simulabant,
 ex improviso quasdam Turcicas naves
 adoriantur, ejaculatisque ignibus exu-
 runt, ceteras absdubio combusturi, nisi
 Judæorum perfidia res detecta fuisset:
 unde reliqua classis Liburnum relegere
 compulsa haud aliud audacis conatus
 sui emolumentum retulit, nisi quod to-
 ta illa æstate Africani prædones pirati-
 cam agere haud potuerint.

§. CVII.

*Plures Calvinistæ a S. Francisco Sa-
 lesi ad veram fidem conversi.*

Überiori animarum proventu S. Fran- *Maupas vit.*
 ciscus Salesius Genevensis Episco- *S. Franc.*
 pus in Sabaudia & præcipue Tononi, *Sales. p. 2.*
 ubi Pontificia Sedes Geneva transfere- *cap. 6.*
 batur, hæreticos sacrorum dogmatum *Sleid. cont.*
 veritate imbuere fatagebat: Præter-
 quam enim, quod quemdam Calviniani
 Verbi Præconem, necnon Davalium
 Virum Nobilem ac præter alios quam-

Hh 2

plu-